Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et timebunt et confundentur ab ethiopia
spe sua. et ab egypto gloria sua. Et dicet
habitator insule huius in die illa. Ec
ce hec erat spes nostra ad quos confugi
mus in auxilium. ut liberaret nos a
facie regis assyriorum. Hec. ℟. Ieru
salem surge et sta in excelso. et uide io
cunditatem que uenit tibi a deo tuo.
℣. Leua in circuitu oculos tuos et uide et
contemplare. Iocunditatem.
Onus deserti maris. Sicut turbines
ab africo uenunt. de deserto ue
nit de terra horribili uisio dura nun
ciata est mihi. Qui incredulus est infide
liter agit. et qui depopulator est uastat. H.
℟. Ecce uenit dominus princeps regum
terre beati qui parati sunt occurrere
illi habebunt partem in ciuitate ierusa
lem. ℣. Ecce dominator dominus cum uir
tute uenit. Beati qui. In ii. nocturno.
ā. Nox precessit. Ascende elam.
obside mede. omne gemitum ei
cessare feci. Propterea repleti sunt lu
bi mei dolore. angustia possedit
me sicut angustia parturientis.
Curui cum audirem. conturbatus sum
cum uidere. emarcuit cor meum.
tenebre stupefecerunt me. Hec.
℟. Cuitas ierusalem noli flere quoniam
doluit dominus super te. et auferet ate
omnem tribulationem. ℣. Ecce domi
nator dominus cum uirtute uenit. Et auferet.
Babylon dilecta mea posita est in
in miraculis. Pone mensam. contem
plare in specula. Comedentes et biben
tes surgite principes. arripite clippe
um. Hec enim dixit mihi dominus. Vade et
pone speculatorem. et quecunque uide
rit annunciet. H. ℟. Ecce uenit
dominus protector noster sanctus israhel
coronam regni habens in capite suo. ℣. Ec
ce dominator dominus cum uirtute uenit. Coronam.
Et uidit curruum duorum equitum. ascen
sorem asini et ascensorem camelli.
Et contemplatus est diligenter multo in
tuitu. et clamauit ut leo. Super specu
lam domini ego sum stans iugiter per diem.
et super custodiam meam ego sum stans
totis noctibus. H. ℟. Sicut mater con
solatur filios suos ita consolabor uos di
cit dominus. et de ierusalem ciuitate
quam elegi uenit uobis auxilium et ui
debitis et gaudebit cor uestrum. ℣. Deus
alybano uenit et sanctus de monte
umbroso et condenso. Uenit uobis.
Ecce iste uenit ascensor alius uir bige
equitum. et respondit et dixit. Ceci
dit cecidit babylon. et omnia sculp
tilia dei eius contrita sunt in terra.
Tritura mea et filia aree mee. que
audiui a domino exercituum. dico uobis. An
nunciauit uobis. H. ℟. Ecce ab au
stro uenio ego dominus deus uester uisi
tare uos in pace. ℣. Aspiciam uos et crescere
faciam multiplicabimini et firmabo
pactum meum uobiscum. Ego dicit. Ad Cant.